

781

De Literis & Lingua
GETARVM,

Sive
GOTHORVM.

Item
DE NOTIS LOMBARDICIS.

Quibus accesserunt

SPECIMINA
variarum Linguarum, quarum Indicem pagina
qua Prefationem sequitur ostendit.

Editore
BON. VULCANIO BRUGENSI.



LVGDVN BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium.

clo. IO. XCVII.

In specimen vetustissima
GETARVM LINGVÆ,
doctissimo viro

BON. VULCANIO
EDITORE.

NASO Tomitanæ didicit veteris
incola terra
Barbara Romanis ne cetero verba modis.
At tu docturos gentem sua verba Latinam,
Vulcani, gelido promis ab axe Getas.
Contingit nostro, quod nulli contigit, auro,
Vertere Hyperboreo dicta Latina sono.
Nec facere hoc poterat, quod Naso fece-
rat olim,
Quam qui Nasonis corque animumque
gerit.

Ios. Scaliger IVL. CAES. F.

AVTOMATA E RYDOLM
ANATITIAE ET A MONTI
SUGESTA IN LIPSIIS TRADIDIT
ILLU-

illustribus Amplissimisque
Viris;

DD:

ORDINIBVS
FRISIÆ,

B. VULCANIVS Brugensis.



E gentis Geticæ ve-
tustate atque pra-
stantia, Illustres Am-
plissimique Viri, cum
à Iornande meo ab-
undè multa sint dicta, supereft ut de
lingua etiam Geticæ pauca in me-
dium adferam; de quâ nihil fere li-
terarum monumentis proditū com-
perio, præterquam quod Ioannes
Magnus Gothus, Archiepiscopus
Vpsalensis, in sua Gothorum Sueo-
numque historia, Literas Geticas no-
bis exhibuit, quarum formis eximiæ
magnitudinis faxa veterum bustis ac

specibus affixa aptid Gothos insculpta extare testatur, quæ vel ante diluvium, vel paulò post Gigantea virtute ibi erecta fuerint; adeo ut verisimile sit longe ante inuentas literas Latinas, & antequam Carmenta è Graecia ad ostia Tiberis & Romanum solum cum Euandro peruenisset, expulsisq. Aboriginibus, gentem illam rudem mores & literas docuisse. Gestas literas suas habuisse. Quod quidein ut pro certo affirmare non possum (neque enim yllum eius rei authorem habeo) ex eo tamen satis liquere potest, quod Getae etiam ante Romanam conditam heroum suorum res præclare gestas carmine conscriptas ad tibiam cecinerint, quod multo post tempore à Romanis factitatum scribit Cato. Socrates Ecclesiasticæ historiæ lib. 4. c. 27. Vlphilam Gothorum Episcopum literas Gothicas inuenisse scribit. quod ipsum testantur

testantur versus Trochaici antiqui qui de authoribus inuentoribusque variarum literarum circumferuntur, qui sic habent:
Moyses Hebreus primus excavaruit literas,
Mente Phoenices sagaci considerunt Atticas:
Qias Latini scriptitamus edidit Nicostrata.
Abraham Syras, & idem repperit Chaldaicas.
Isis arte non minore protulit Aegyptias.
Gulfilas promisit Getarū quas videmus vliimas.
Gulfilam vero hunc scribit etiam Iornandes (qui eum Vulfilam nominat, & Gothorum qui Minores vocantur in Mœsia Episcopum fuisse ait) Gothis literas dedisse, & Ricobaldus Ferratiensis in Chronico cui titulum fecit, Pomerium Ecclesiæ Rauennatis. Ego vero, pace horum authorum, Gericarum literarum usum apud Geras longè ante Gulfilæ tempora viguisse existimauerim, sed per Gulfilam Romanis primùm innotuisse; quippe qui in linguam Gothicam Biblia sacra conuenterit, cuius

puius exemplar M s idque vetustissimum Gothicis literis maioribus scriptum in aliqua Germaniae Biblioteca delitescere audio. Literæ verò plerique Getarum cum Græcorum literis conueniunt; cum quibus & lingua misstam habuerunt; quod nimirum etiā in Moesia in antiqua confederint Getæ, ubi & Græcorum coloniæ. quod ipsum Ouidius qui apud Getas, multos annos in exilio vixit, linguamque eorum ita calluit ut Getice eriam quædam a se scripta retinetur, fatis declarat, cum ait:

Hic quoque sunt urbes Graie, (quis credere posset?)

Inter inhumane nomina barbarie. Huc quoque Mileto missi venerem coloniæ. Inq. Getis Graias constituerem domos. Et alibi, Græcaeque cum Getico mixta loquula sono est.

De hac Getarum lingua peruenient ad me veluti laeerae quædam tabulæ e publico Belgicarum Bibli-

thecarum

naufragio Commentarioli docti cuiusdam Viri anonymi, quorum priore agitur De eius characteribus & pronuntiatione: altero vero, De Notis Lombardicis. quas ille se è vetustissimo quodam Codice M s quem Argenteum nominat desumisse testatur. De authore vtriusque Commentarioli parum mihi constat. Ioannes Goropius Bekanus Originum Antwerpianarum lib. 7. quem Gothodanica inscripsit, Orationem Dominicam Gothicâ lingua sed characteribus nostratis hoc est Belgicis scriptam ei inferuit, quam quidem sibi ex antiquissimo codice monasterij Werdeni, in regione Bergensi, desumtam, ab eruditissimo viro Maximiliano Morillonio Cardinali Granuellani olim Consiliario & Bibliothecæ Praefecto, de Antonij fratri sui schedis benignè communicataim testatur; cuius eximiâ in

omni antiquitatis inuestigatione diligentiam & absolutam eruditionem optimè cognosci posse affirmat ex scriptis ipsius quæ apud fratrem Maximilianum delitescunt. Is verò Antonius an huius commentarioli De lingua Gerica author fuerit affirmare non possum. neque enim alteruter mihi vñquam nisi de solo nomine notus fuit. Quicunque tamen eius author fuerit, videtur non uno Commentarioli sui loco subindicare è Leodiensi se aut Namurensi ditione ortum. Ita enim ille de se: *Noti sunt et Tongri nostri, qui cum florarent toti nostræ regioni dominabantur. & iterum, Neq. credendū est C. Caſarē arcē Neomagi condidisse; cūm nulla historia eū descen- diffe prodat ultra Leodium, territum vi- videtur nostrorum et Geldrorum ac Menapiorum viribus.* Celebris etiam fuit ante annos XL ob insignem qua præditus erat omnis antiquitatis, hi- storiarum

storiarum, linguarumque cognitionem Antonius Schoonhouius, qui nobis Eutropium castigauit, aliaque reliquit præclaræ eruditionis monimenta; latitania tamen pleraque apud amicos, neque adhuc in vulgus emissæ; è quibus etiam apud me exstat doctissima De origine Franco-rum dissertatio. quem quidem Antonium Schoonhouium nescio an huius Commentarioli Delingua Getica authorem faciam. Meretur certe ille quisquis fuit non exiguum laudem & gratiam, qui literarum Geticarum proprietatem, earumque ad rectè pronuntiadum scribendum que dexteritatem, quâ cum Hebræa, Græca & Latina, nedum cum aliis vulgaribus linguis facile pedem conferre potest, eruditis suis animaduer- sionibus illustrare voluit. Geticæ vero huius linguae tametsi magna sit cum veteri Teutonica affinitas, mul-

tis tamen hæ inter se rerum appellationibus planè diuersis dissentunt. Quod enim Getæ *Fan*, hoc est Dominum, Teutones *Truchtin*; quod illi *Nalgand*, hoc est, salutare, hi *Heiland*. quod illi *Thiumacu*, hoc est Puerum, hi *knecht* appellant, aliisque infinitis vocabulis inter se discrepant. Quædam tamen ex iis quæ mercè Getica videntur, si eorum origo diligentius inuestigetur, conuenientiam quandam cum Teutonicis habere deprehendentur. In omnibus vero id tentare, omniaque Getica siue Gothicæ vocabula ad Teutonicam reducere velle, (quod demonstrare nititur Goropius) est operam ludere. Hoc certè constat ex utriusque linguae inter se collatione, Teutonicam nostram infinita præstantissimorum & significantissimorum vocabulorum accessione locupletari atque exornari posse. In quam curam magnopere optandum

optandum fuerit ut viri docti variarumque linguarum & præcipue maternæ suæ vernaculaeque amantes totis viribus incumbant, eorumque studium publica liberalitate exsulcentur ac foueatur. Alterius Commentarioli De Notis Lombardicis eundem qui prioris authorem esse censuerim, qui quidem Lombardicum Italorum vernaculum sermonem sed barbaricis characteribus scriptum fuisse existimat; usum vero harum Notarum fuisse, ut aulicos legatos, qui Goths erant, Lombardicè docerent, ut intra Italiam cum principibus Italiae possent perorare. Fides sit penes authorem. Ego apud veteres duo scribendi genera usitata compereo. καλλιγραφία scilicet, quæ ad scient pingendum, τεχνογραφία, quæ ad velociter scribendum pertinebat. De utraque exstant insignia Epigrammata Anthologias lib. vii. εἰς καλλιγραφίας

χερόφηις καὶ ταχυγένεσι. Ad Ἐχυγεαφίαν
magno visui erat Notāx, à quibus ταχυγένεσι illi Notarij Latinē dicti; quod
harū Notarū ope, orationes concio-
nesq. integras quæ publicè habeban-
tur verbatim incredibili velocitate ex-
ciperet. de quibus alibi ita Martialis,
Curant verbalicet, manus est velocior illis,

Nondum lingua suum, dextra peregit opus.
Exstat etiā Ausonij elegantissimum
Epigrām̄ma in Notarium velocissime
excipientem:

Sollers minister aduola.

vbi post pauculos versus interiectos,
subdit:

Tu sensa nostri pectoris
Vix dicta iam ceris tenes;

Sentire tam velox mibi
Vellem dedisset mens mea,

Quam præpetis dextræ fuga
Tu me loquenter prævenis.

aliisque politissimis versibus hanc
celeripedis compendij artem. (tali
enim circunlocutione τινῶ ταχυγεαφίαν
describit) persequitur, quos breuitatis
causa omittit.

Repe-

Reperitur quoque apud Pruden-
tium Cathemerinon hymnus nonus
De Cassiano martyre Forocornelia-
no, artis huius notariæ magistro, qui
pueris quos docuerat necandus tradi-
tus, nudato corpore, stilos illorum
conscriptillatus & confossum migravit
ad Dominum. De quo sic Pruden-
tius, artem Notariam describens:

Praefuerat studiis puerilibus, & grege multo
Septus, magister literarum federat,
Verba notis breuitas cōprendere malea peritus.
Stilos vero puerorum consciſum &
confossum ita describit:
*Inde alij stimulos [hoc est, stilos] & acumi-
na ferrea vibrant,*

Qua parte aratis cera sulcis scribitur,
Et qua secti apices abdulentur, & aquoris hirtæ

Rufus nitescens innovatur area:
Hinc foditur Christi confessor, & inde secatur,

Pars viscus intrat molle, pars scindit cutem.
Ipsam vero rationem concinnandi
ceræq. inducendi hasce Notas, quam
in huius martyris cute stilos exercue-
runt, ita depingit,

Pangere

Pangere puncta libet, sulcisq; intexere sulcos,
Flexas catenis impedire virgulas.

Audio verò etiā De Notis veterum Romanorum codicem m̄s teperatum in Bibliotheca , n̄ fallor, Illustissimi principis Electoris Palatini, cuius auctorem faciunt Tironem M. Tullij Ciceronis libertum. vtinam verò is publici aliquando iuris fiat. Neque enim dubitauerim, quin si doctōrum virorum aduigilet industria, inultum adiumenti Notæ illæ sint allaturæ ad veterem illam τεχνηαφικων τέχνων in lucem atque vsum, magno rei literariæ bono, retiocandam:

Vobis verò Illustres Amplissimiq;. Viri etiam hoc quidquid est opella illustrandæ linguis Geticæ haec tenus ignotæ à me impensum , vna cum Specimine variarum linguarum quæ cum Gotica, vel cum Teutonica nostra aliquid affinitatis habent , imo etiam aliarum quæ ab his planè di-

uersæ,

minusq; hodie notæ sunt, (quarum Indicem proxima pagella vobis exhibebit) offerendum dicandumq;. censui, partim quod Frisica vestra lingua præ ceteris Belgicarum prouinciarum linguis , ad priscam illā Teutonum ac fortassis etiam Gothorum linguam quam proximè accedat, partim quod in hisce veterum linguarum Speciminibus patriæ vestræ linguae originem magna vos cum voluntate agnitus confidam, magnumq;. ea vobis calcar additura ut & ipsi eam excolatis, & alias Belgices prouincias ad Teutonicæ nostræ linguae decus magis magisq; amplificandum excitetis. Quod quidem si hac mea Lucubratiuncula effecero , magnum operæ meæ precium consecutus videbor. Deus Opt. Max. vos Illustres Amplissimique viri quam diutissimè seruet incolumes. Lugd. Bat. Anno CIC. 13. XCVII. Cal. Augusti.

I N-

INDEX

eorum quæ hoc libro tractantur.

COMMENTARIOLVS in literas Gothicas, pag.
¶ p. 17.

Commentariolus in Notas Lombardicas. 16.

Impp. Romanorum nomina notis Lombardicis. 27.

Salutatio Angelica lingua Gothicā 31. Oratio Domini 33. Canticum virginis Marie. 36. Canticum Simeonis. 41.

Quadruplex Alphabetum Gothicum. 43. 44. 46.

Inscriptiones Veteres Gothicæ. 45. 46. 47.

Specimen lingue Gothorum qui hodie Tauricam Chersonesiam incolunt. 49.

Salutatio Angelica, Canticum Marie, Zacharie, & Simeonis vetere lingua Teutonica. 55. 56. 57. item Initium Cantici Canticorum. 60.

Rythmus De vita S. Aunonis Archiepiscopi Columbiensis cādem lingua. 62.

Vocabula aliquot veteris lingue Teutonicae. 65.

Formule due iuramentorum præstitorum à Carolo & Ludonico regibus Francorum, lingua Romana siue Gallica veteri & Teudisca. 67.

Alfredi Anglorū regis Prefatio in Pastorale Gregorij Pape Rom. veteri Saxonica lingua à se versum, cum versione Anglicā interlineari. 73. eademq. Latina 81.

Perfici vocabula que cum Teutonicis conuenient 87. & Initium Geneos Persica lingua.

Specimē Cantabriæ i. veteris Vasconis lingue 89. Oratio Dominica lingua Frisica. p. 98.

Initiū Geneos lingua Wallica. & Islandica p. 99. De Nubianis erroribus eorumq; lingua. p. 100.

De idiotismo aliorum quorundam Errorum. 105.

com-

COMMENTARIOLVS

Viri cuiusdam docti Anonymi

IN

LITERAS GOTHICAS.

ex Veterissimo quodam Codice argenteo
(ut eum vocat) sumptus.

ΑΒΓΔΕΦΨΗΨΙΚ
ΛΜΝΞΠΩΚΣΤΑΝ
ΥΖΧ

a, b, c, d, e, f, g, h, eta, tb, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t,
v, u, y, z, cb.

X non habent, sed eius loco k svtuntur.

X Obserua differentiā in-

& A. In A, poste- ter. i. A,

ter. i. L. In A, poste- rior tra-

etus non æquat priorē. Caute etiam

distantia inter Π & Η obseruanda, Π

angustius est. Η laxius. Est autem codex

scriptus literis capitalibus, nam in nu-

meris est q paruum. Sermo Gethicus est

Gallico tēperatus, nam & genitiis Latini-

nis semper vritur, & a proad. In genere

a tamen

tamen Germanissat. Observa autem & differentiam inter **R** & **K** illud k est, hoc r.

DE
VERA PRONUNCIATIONE
Y E T H.

Ypsilon omnibus linguis non ised ut nunc est, quod paruum & Gallicum vocant, ad distantiam u Germanici, quod Ebraicau, Græci ου vel ε vocant. sic enim ad differentiam ω μεγάλου, ο μικρού dicunt, & ad differentiam ητα quod ε crassum est, ε ψιλον, id est, tenue. Soli Latini hic cæteris gentibus sunt infelices, ut qui utraque similiter signant. Non quod in pronunciando non seruarint discrimen, sed scribendo. Annotauit enim Dio medes Latinos etiam tunc temporis aliter pronunciasse o longum quam breve. Idem de u paruo & magno censendum: omnino enim aliter pronunciabant *saltem* quam *ceterum*; cum nunc nihil intersit. Quod autem vulgo dicitur, Latini y non habent: sciendum quod literam quidem non habent, sed sonum nihilominus habent, sed cum

cum eum non signant peculiari nota, hoc barbari sunt, & magnam in pronunciatione corruptelam pepererunt, quam Germani quoque imitantur. Iam enim eodem est, ut nusquam gentium y, u dicitur, sed i. non e sed i. Quo fit ut Latinis & Teutonibus desint literæ quibus u paruum & e longum a paruo & longo distinguant. At Gethæ hinc felicissimi sunt, ut ε in diphthongis. Nam Græcis & Latinis diphthongi quoque præter au & eu omnes virtutæ sunt, cum αε ε, οι, ει, η sonant i. sed barbari omnes hinc valent; soli Latini qui cæteros præ se barbaros iactant, barbarissimi sunt. Inuauit tamen usque adeo error, ut omnes scholæ Græcanicæ & Latinæ y, i dicant, non η; ητα non e sed i. Cum autem vester codex istis literis vere, id est, multo aliter utatur, veritas detegenda fuit. Adeo autem nunquam isti interpreti venit in mentem ut y pro i uteretur, plerumque pro gemino utitur, quasi simpulum parum esset: neque aliud geminum u habent. Hinc *Werpen*, *Wein*, *Weihen*, *Werden* scribunt *Terpen*, *Tein* &c. vbi nisi lector moneatur y u esse non i. *terpen*, *tein*, *teihen*, *terden* legat, quæ omnia

Teutonum idioma repudiaret. Ad germanam igitur veteremque pronuntiationem prouocat præsens codex; magnique solœcismi collegia & scholas redarguit, sequæ ab Italorum conuicio, qui Gethicum sermonem irrident, vindicat, ipsisq. conuicium hærere demonstrat. Cæterum pri-
scos Latinos & Græcum uoluuisse, infinita documenta sunt. primum quod à & à non ai & ei, sed au & eu vertunt, vt voces aula & euangelion, euge, eugenios & similes monstrant. Ita pro βόθνιος botrus, pro φυγὴ fuga, κύβος cubus, πυξίδιος buks, πύρην riter. Græcis enim ruter a πύρω soluo protegoque deducitur, quod peregrinos a graſſatoribus vindicarent. Ebrai Cerethi & Phelethi vocant, nos *schutzen*. sed lege riter; non congruat: vt nec, si pro κύστι κιſai, κύστη enim *kaffen* est osculari. cui cum κύ-
στη nihil commune est. Huc pertinent τύμπανον tumba, νύξ nox. τύκτη eyn tuk: id est, μέτα ρανὸν. οὐ sus. κύμινον Cumintun, Cumen. lege siminum, vt nunc collegia, plane ridiculum sit. Adeoque avis quam omnes vbiique linguæ a gemino clamore κυκνον vocant, istorum mutationem irridet. Irredit item apud Aristophanem

DE LINGVA GETHICA. 5
nem in Pluto sycophanta, quem poëta in-
ducit nidorem culinæ hac litera expri-
mentem toto iambico trimetro ū ū ū
ū ū ū ū. quod tum demum luceſcit si spiri-
tum odorantis attrahas, non effles. Ira
υπερ super. ἵππο sub. κύπεται chretzer di-
cunt. Item κύεια curia, prætorium eyn He-
renhaus a κύει dominus. Vnde & κύ-
ειανή kirch etiamnunc dicitur. Vnde He-
sychius habet κύπια εἰς λέξιν λογία. lege syria,
e domo regio fiat. Vel a curis dista vox vi-
deatur, vt ille ineptius, qui lusit, *A multis
curis curia dicta venit.* Cum curia natura
primam breuiet. sicut & Curius apud lu-
uenalem,

*Sed tu vera puta Curius quod sentit &
ambo Scipiada. Nam & Curius a
Græco κύει est.*

u crassum ov reddūt. ita Paulus Romana nomina ροῦφος & Ιούριος reddidit. audi-
to u magno in eis: Iunius enim nō est a iu-
uene, sed Iunone vel Iano, qui Ebraice κυ-
ριούλλαβικῶς Iαῦ dicitur, vnde Iωρες, Ebrai
paruū u his punctis: signarūt, quod Gra-
eci u reddiderunt. Hinc pro Lud Lydiā ha-
bent, pro Assur Assyria, pro Tzur Tyrus.
lege Tirus. nihil congruat. Sed barbaris &

propriis nominibus potenter refelluntur: nam & nos recte Cypriū *æs cupere* dicimus, scholæ male sūprium: nam bis eadem syllaba peccant, & cum y in i, & k in c vel s sonant. Cum K ante a, u, o proprio in sono seruandum sit. Item in omnibus diphthongis ab his vocalibus incipientibus. Vnde και legendum est, non se, ut vulgo fit. Neque scelar sed kailat, quomodo hanc veritatem omnes vbiique gentes retinent. Nam scholæ faciunt næ intelligendo ut nihil intelligant. Facit huc quod Paulus finale us nominum Latinorum os reddit: congruunt autem valde o paruum & u paruum: ita pro Tertius, Rom. 16. vertit *répri* pro Gaius, gaios. nunquam sic relatus nisi us u paruo, id est, sono ypsilou efferrī sensisset. Nam o paruum illud est quod in nostratis obm̄ honen, pomen sonat. Bticuiter *sobn* filius, in singulari o magnum est, in plurali paruum: ut u in singulari *brñder*, magnum est, in plurali paruum. quare Gethicus & Græcus scriptor plurale per y scriberet, nam Latini, vt dixi, hic toti deficiunt. Germani subueniunt erroi u & u. Habet igitur lector sonum literarum restitutum.

vt nunc demum qua differentia ypsilon tenuerū dicatur possit intelligi. Alioqui y, vtvsum est, non sit i tenuerū, sed i crassissimum, adeo ut nihil cum eo commune habeat. Huic sentētiꝝ Plautus fauet, cum y, u vertit. quod in prologo Amphitryonis lucet, cum versus prologi literis tituli incipit. Vbi igitur ad y deuenisset, quo Latini carebat, eam literā quæ sonum eius æquaret substituit, u inquam. Ita medioximus pro medioxymus; item optimus, maximus scribebant, cum u paruum in vocibus audirent, quod posteriores in i verte- rūnt. V autem magnum & o protensis & laxioribus labris sonandum est quam paruum, quod lucet in *mubn*, *kuba*, *subn*, pro forte; nam *sun* pro sole u magnum est. Vestales recte dōminus sonat, cum o paruum sit. Male autem Galli qui omne u tenuant, vt contra male Germani qui omne u producunt. In genealogia Christi, au- tor Leui nomē bis duplici Y signat *Lerrī*. vbi nisi monitus sit lector, Y u esse, ad ciuitatem Hollandicam, vell lapides tegulas descendat pronunciatio. Reuocanda est igitur mens à consuetudine, his duntaxat, qui hunc codicem legere recte & intelli-

gere velenit. Nam in cæteris idiomatibus altius actus est error, quam ut corrigi possit; tamen tam pudendus est & luculentus, ut etiam angelos omnium linguarum & proprietatis peritos offendat, i pro u, & s, pro k, audientes. Vbi & illud dicendum, quod liber hic veram figuram ypsilonou seruauit, quam Latini cum Græcis olim amiserunt, Virgilio teste; qui literam Pythagoræ describens, accluem vocat, & ascensu quidem difficilem, verum in summo quietam sedem præbentem, hac forma

Y quam proinde virtuti confert. Cum igitur scribitur u, vt nullum ascensum habeat, sed tantum sedem, nimirum corruptio intelligitur. Si Pythagoras hecatomben fecit, ea inuenta & excogita, pars est, vt tam preciosum depositum quædebet integritate seruemus. Quod citra hanc annotatiunculam sit, cur u silentij nota sit, intelligi non possit. u enim, id est, v mutant quiddam innuit, nam hinc mutus, & Græcum verbum uω, quod Latinè muſſo est, Teutonice mucken & munmenlen, verba non clare proferre. Vnde mystes sacerdos dicitur, quia sacramentorum rituum celare profanos debet; & mysteria, quorum

quorum administratio & consecratio tacite fit, ne profanis innotescat: hinc & mugio, & mugitus, cum vox non exit in loquaciam, sed intra mugitum manet. Agnoscit studiosus omnia silentij vocabula, tam apud Græcos quam Latinos & Teutones a litera silente nata esse. Vnde & prouerbium est. ne my quidem, & mutæ nouem, quod ad finem dictionis consilescat. Contra liquidæ quinque, quod liquide, id est, clare sonent: quale in primo Aeneidos hemistichio agnoscitur, *Arma virumq; cano.*

Et, *At tuba terribili sonitu Tarantara*
dixit.

Item, *Quadrupedante patrem sonitu qua-*
tit vngula campum.

Vnde monet Quintilianus, literas quò vocaliores sunt & plus spiritus habent, hoc gratiora vocabula reddere, & iucundiorē orationem. Cum autem bucolicum carmen materia humile esset, hinc & ingeniosus poëta voces & orationē confimilem accommodauit. quod primo statim hemistichio lucet, vbi omnia humilia sunt & quasi mutiunt. *Tityre tu patulae,* Vnde & hic deductum carmē profitetur. Tantum de sono & figura **Y**.

PRONUNCIATIONE
HTA.

HA C litera vtitur argenteus codex Mar. 14. Nam quā nos legimus, Et ceperunt eum adolescentes, codex habet, *gr̄hen*. Vbi si pro *n*, *ītones*, ex præterito præfens facias, graui solcēismo. Nouerit igitur studiosus *n* non *res* quod im̄periti putant, sed *e longum* valere: Cui opponitur: *psilon*, id est; *e tenuē* & *obſcurū*. Neque enim vocales tenues dicuntur ut consonæ, quarum tenuitas aspirationi opponitur. Estque is proprius sonus *n*, qui est bantum ouium atque caprarum, autore Appione Grammatico Græco, cum ait, *Mn̄ād̄t̄ ēst̄ n̄p̄l̄ew̄ d̄k̄, d̄k̄*, id est, mecaſtaī est sonare ut capra. Consentit Hesychius. a quo sono & oves *μῆλα* dicuntur: nos *bē* dicimus, sed eo sono qui in *hē*, *dē*, *bēlen*, *gēnen*, *bēden*, *ēten*, *Wērden*, *mēten*, *bētau*, *bētha* auditur, ut non nihil ad a concedat. Vnde & altera facile in alteram transit. *φ̄un*, *φ̄a-**mo*, *μ̄n̄tr̄*, *μ̄n̄tr̄*, *batauus*, *batauus*. Quare non *ita* sed *et* dicenda sit, quomodo bera, theta & zeta dicuntur, non bita, thita, zita.

Neque

Neque verum est quōd quidam tradunt, *n* in *e longum* mutari, non mutatur, sed ut apud Græcos est usurpatum. semper enim & natura *e longum* est, non *i*. Sic Iuuenialis ait,

Hoc discant omnes ante alpha & beta puelle. Alioquin cur *e psilon* dicatur ostendere nequeant. Secutus est igitur hic doctissimus interpres germanum literæ sonum, quem nulla alia vel vocali vel diphthongo exprimere poterat. Vnde & præclara huius vestigia supersunt, maxime in propriis, Græcisque nominibus. Neque enim *ἥρως* hiros est, neque *ἥρω* icho. Secutus est hanc proprietatem & Paulus in Rom. nominibus, cum Clemens *κλήμης*, Felix *φέλιξ* reddit, *φέλιξ* non *φές* audita e longa. Qualiter enim audiebat, stilo rectulit, vnde & a singulare in *n* transit, *hamel*, *hemel*. Fefellit nostros aduerbium *ita*, quod huic elemento simile videbatur. Pontificum atque imperatorum esset tam luculentos errores publicis edictis castigare. Vbi rursus turpissimum est Latinos a Gethis superari. Figura autem duplicitis est *ε*, ut figura *ω magni*, gemini *οο*. quæ si coniungantur *ω* reddunt.

PRONUNCIATIONE

R. G. K. Q.

C suum sonum habet ante i & e psilon, quale sonat in cædo, occido, ita ut at incipere videatur, ne s, esse puretur. G iisdem literis, & in genere omnibus vocalibus præscribitur, sed suo sono. qui in gemel, gula & gema agnoscitur. Has duas literas Græci & Ebrai confundunt. Latini, Gethæ & Germani distinguunt. K tantum a, o, u, & diphthongis illarum præponit, & proprium sonum habet. qui tenuem mutam facit, qualis in nomine eius agnoscitur. Q, eadem est cum k, nisi quod u includit; quare ubi hæc subiicitur, superflua est. Græci eius loco x vtuntur. Ebrai literam habent, quam falso kof vocant, vere qof nominandam, alioqui kaf habent, quæ & kof sit. nunc qofu complectitur, ac proinde literæ phi seu pi subiicitur, quomodo Romanis & Gethis, id est, Teutonibus. Male igitur scribunt Latini, quotidie, quis, quia; recte Gethæ, qui u includunt scribentes quotidie, qis, qia, qoniam. Cum enim q comprehendenteret u, putabant

bant superfluum si præterea annotaretur. Quod monendum erat, ne quem in novo idiomate nouitas offenderet. Tum u ex primendum sit, si dictio per x scriberetur: quomodo Græci faciūt qui loco q. x usurpant κοῦντρα scribentes pro Quintus. Aliquando tamen Græci x simpliciter pro q ponunt & n intelligunt, ut cum κολοκυθίς scribunt pro coloquyntis. ἄκιλα pro aquila. nam iota suppressit Paulus. Errant igitur in hac litera in primis Ebraistæ cum kof pro qof vocant. Errant & Latini, cum u subiiciunt geminum, si simplum satis sit; aut vnicum, si alia vocalis sequatur. Errant & Græci cum ea nō vtuntur: ita enim fit ut Quados & Cattos eadem litera incipiunt, cum singulæ dictiones suis nativis elementis essent efferendæ, ac proinde alphabetum singulis ex peregrinis elementis supplendum. Quo fit ut nullum alphabetum absolutius sit Gethatum, qui vndeque quod ad veram pronunciationem faceret mutuati sunt. X & Ψ pf. non habent, sed clarissimi reddunt, nempe per ks. & ps. Z debet pronunciari quasi ts. vel ld. vt nostri scribunt zo Colles: est enim duplex consona. Ita Ebrai Ezras scribunt. sed Ezdras

Esdras vertunt. Et Zorobabel scribendum est, sed Tzorobabel legendum, ne in sonum f̄ degeneret. Norunt hanc literā vīm & Græci. Figura Θ, Græcis maiuscūlūm theta est, quomodo figura th Getharūm Græcis p̄f̄ est. **N** maiuscūlūm u Gethæ reēte pingunt. Latini male, cum eius loco v̄ ponunt: quod cum formam Græci ν̄ habeat, errorem multis parit. Ita Michael Ritiūs historicus cum alicubi legif̄set, **T H E V D I S** qui rex Gothorum fuit, Thendius reddidit: cum Latini intelligi velint Theudis. Eadem ratione **T E V T O N E S** fierent Tentones. Nos tamen **N** infra claudimus, u, ne quem offendat **v̄f̄s** Gethicus. Idem error illos sefellit qui **D A V O S** Danos legerunt. Cum Dani Dahæ sint, qui & Daci dicuntur, vicini Getharūm. Dani autem seu Dēni vicini Holsatorum. Præstiterat igitur scribere Theudis & Davus, quam Theudis & Davus. Neque dubium est primos nomothetas scripturæ scripsisse **D A U U S** & **Theudis**, quod librarij postmodum verterunt in v. Gethæ igitur caudam adiecerunt, ne v̄ putaretur. Vbi que **T** scribentes vt oportuit. Quin & **Z** bene ac veteri more cū cauda notant,

cum

cum alias z sine cauda r̄ esſe credatur. De cætero igitur qui sapiunt, caudam hanc supponant. Neque dubium est quin maiores capitale f̄ scriperint Gethico more

F quod ad digamma Æolicū vergit F. Cum autem Gethæ neque o neque ω habeant, sed illius loco **λ** huius vice au, suspicionem faciunt il- **λ** lis nullum sonum o in v̄f̄s fuisse: nam **λ** videtur ad u defleſtere, quod Græci **λ** & scribunt: vnde & ſæpe ad finem loco us v̄tuntur. Lector tamen o legat, quoties **λ** occurrit. Nam **I λ H A N N E S** scri- būt &

I & S E F. Vincunt & Latinos in maiuscūlo **h** quod Latini scribunt **H**. cum hoc **h̄** Græcorum fit. Monemus hæc, non quasi mutandum quicquam a receptis velimus: Sunt enim eius generis pleraque quæ sci- re oporteat non v̄surpare. Artem sciamus aiunt, v̄sum teneamus. **V** tamen & **H** in ui paruū & e magnum vertenda sunt & legenda. Capitalibus literis Romano- rum vt vulgo pinguntur, nihil alienius. Quandoque vocales omittūt, vt cum nos scribimus **unter**, **nauer**, tum vocalis ipsius consonantis intelligenda est.

COM-

ALTER
COMMENTARIOLVS

in

ALPHABETVM GOTHICVM,



Notas Lombardicas

in Veterissimo quodam codice repertas.

QUAMADMODVM D. vestra monet, ita est. Omnino enim præsens opusculum interpres est alterius operis, nempe Vocabularij, quod pag. 5. sub finem D. 8. Commentarium vocat. Quod Lombardice, id est, vernaculo Italorum sermone, sed litera barbarica scriptum esse certa documenta sunt. Varia enim fex hominum influxit in Italianam post annum Christi nati cccc. Videtur autem litera esse Gothorum nativa. Nam eam qua argenteus codex pictus magis est quam scriptus, intra Italianam commenti sunt. Præsens litera partim Ebraissat, partim Græcissat, interdum Latinissat, quædam peculiaria habet. Et præsens quidem opusculum tantum primas literas vel syllabas repræsentat.

IN ALPHAB. GOT.
tat operis principalis; cuius usus fuit, aulicatos legatos, qui Gothi erant, docere Lombardice, ut intra Italiam cum principibus Italicis possent perorare: quomodo aulae semper alunt polyglottos. Interpres Lombardisimum suum prodit, cum scribit:

EXPLICIT CAPITVLO VI.

INCIPIT CAPITVLO VII.

ITALI enim dictiones plerumque ofiniunt. Quandoque Capitula pro Capitulo ponit, exprimens videlicet exemplar. Alioquin scriptorem non indoctum fuisse, ænigmata, & quæ de festis mutabilibus scripsit testantur. Nostram sententiam probat ultimus quaternio, vbi propria urbiū Italicarum & vicinatum nomina, prima litera prænotantur; vbi adiecimus lecturam nominum, ut & literas barbaras declararem, & veterem scribendi morem ostenderem. Variat enim in tantum Latina litera, ut plerumque Oedipo opus sit vel Delio natatore, quorum ego hic vicem præsto, ut nuper quoque, quamquam hic proprie.

Cum ænigmata duo proponat, crucem
b ingeniosi.

ingeniosis. quod librarius non ignorabat, cum ad finem subiecit, Sudat qui legit, primum ita habet:

Prima sonat. Quarta respondet. Secunda cum quinta, nomen est aus. Alterum est: Quixa & fœmina tria, arbor in sylva, scripta literis XIII. Sublati tribus, vix inuenies unam de mille. Sudat qui legit.

Vbi scioltis quispiam erasa cauda pro XIII. substituit VIII. satis arguens suam incitiam. Et sensi equidem quid vellent problemata, sed memor Persiani illius, *Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.* Item, *Secretum meum mihi, malim alios quoque periclitari.* Certe quum primum legerem, x aureis redemisse solutio-
nem adeo satius est, teste Sapiente, *Videre quod concupisces, quam quod nescias.* Saltem hic proferant sua acumina, qui alios præ se fungos & truncoꝝ putant. Cæterum post Gregorij tempora scriptum esse arguit, quia de diebus Rogationum differit. Lite-
ra initiales non rūquam dissident, ob syn-
onyma: non nunquam dissidere viden-
tur, quod eadem litera barbaris varie no-
taretur; ut & apud Græcos: Competi-
enam cædem trifariam aut quadrifariam
scribi

scribi ob tractum currentis literæ varian-
tem. Porro Italicum Adioma esse quod
scriptor interpretatur agnoscitur, cum to-
to opere, tum præcipue E. i. vbi legitur
G gratus, IG ingratus. vbi videt, & G per
modum abbreviaturæ. Item G gratioſa,
IG ingratus. G gens, -G ingens. Vbitra-
etum I ex obliquo in rectum mutant.
In ultimo quaternione plus exemplorum
habes.

b 2

ALPHA-

ALPHABETVM.

<i>b</i>	<i>b</i> ebt.
<i>c</i>	<i>c</i> & ebr. Hinc est quod Latini d ebr. vtuntur g loco con. Sæpe c. pro g vñf- pant, vt b pro p. & contra. mutas enim confundunt barbari, vt & nostri ob- op. of.
<i>f</i>	
<i>g</i>	
<i>h</i>	
<i>i</i>	
<i>l</i>	l Hanc & rectam trahunt.
<i>m</i>	
<i>n</i>	
<i>o</i>	o Hinc vo. scribunt & pér contractionem. Argenteus codex vtitur quoque Q pro o.
<i>p</i>	p Hane etiam aspirate scribunt, idq. ebraico fere more ebrai scribunt Z.
<i>q</i>	q Prima figura accedit ad no- strum Q secunda fere ad nostrum

nostrum q. vt videoas hác
veterem fuisse scriptu-
ram; & alias illis, vt no-
bis quoq; capitales, alias
vulgares fuisse literas,
u, y quo modo & Graecis.

r
Σ
χ τ γ ζ
ν ν ν
τ
ν γ ρ γ

Vocales Ebraeorum more consonantibus sub-
notant. Vtuntur cc pro a. Hinc scribunt glecrea.
.i. glarea, hccb. hábitudo. colget, algel, gircct,
girat. Cupcc, pa. phccficenna, phasiana. nccnis,
na. Multa barbarissat, venatrex, pro trix. Breuiter
trex semper pro trix scribit, more & vitio idio-
matis quod exprimit: becllc ex ballatrex:
pro bellatrix; vt agnoscas T Lombardis-
mum. Nam eiusmodi infinita sunt. Ne autem
singularem hic eruditioinem expectes aut profun-
da mysteria. Nam & hoc beneficij est, monstra-
re nullum esse beneficium aut operæ precium.

b. 3

INI-

I N I T I V M

HYPPII LIBRARI

LIBRARI

super

insuper

desuper

exsuperat

subier

me

neq

adque

erasum.

sed

sed si

sed ut

sed cum

nam

iam

tam

tamquam

tamen

veruntamen

etiam

etiam

sed tamen

etiam atque

etiam

etiamsi

etiamum

etiam-

etiamnunc

secum

etiamno

inicum

& tamen

perinicum

ad tamen

absque

si tamen

denique

te cum

sique

cecum

& cetera.

mecum

b. 4

Post

*Post folia vero 17. hoc modo
scriptum est.*

EXPLICIT

CAPITVLAS

V I.

INCIPIT

CAPITVLO

VII.

ANNO-

H
A
E
I
O
V

BA

BAS

be

bef

bi

3 bif
3 be
3 bof
3 bu
3 buf
3 be

ANNOTATA.

Obserua quam varient literæ, prope-
modum ut apud Græcos eadem scribitur
trifariam, quadrifariam aut plurifariam
cum adhærent, præstruuntur & sequun-
tut. Exemplum habes in Θ θ Θ.

Habent quoque suas abbreviaturas.

b s Et

Et rursum post folia xi. hoc modo habetur.

EXPLICIT CAP
PRIM EX
COMM SEC
INCIP CAP
SECUNDO.



vertit



euertit

&c.

Item post decem folia ita habetur.

B X C O M
P R I M I N
Q V O D C O N-
T I N C A P X.



purpora

purporatus

purporarius

pulporeus


Hinc

*Hinc post tria folia inueni Imperatorum
Rom. nomina, quæ a scribere libuit.*

POTESTAS



tiberius



magesfas




cæsat



cæsarium



cæsaries



britanicus



drurus




gaius cesser



tiberius cef-



ser



cladius



clodius



vitellius



vespasianus



vespasia-

COMMENTAR.

vespasia-

nus

	ceser	adria-
	adria-	nus
	nus	
	impera-	
	tor	
	titus	
	titus impe-	
	rator	
	imperator	
	nerua	
	impera-	
	tor	
	titus	
	imperator ti-	
	tus	
	domicianus	
	domicia-	
	tus	
	ceser domi-	
	cianus	
	domicia-	
	nus	
	impe-	
	rator	
	nerua	
	merua ceser	

ceser

ceser adria-

nus

diuus clau-

dius

diuus au-

gustus

diuus

diuus ticus

diuus ner-

ua

diuus tra-

ianus










diuus adrianus

diuus an-

toninus.

Sub

Sub finem autem, quod & Campanus monuit,
habet nomina ciuitatum italicarum, his
ferme figuris.

	PUTEOLI		bault
	puteolani		lenternum
	neopolio		subuesa
	neopolitan-		subuesz
	baiae		subuesola
	baiani		capna
	quuma		patauctum
	quimani		capis
	meseni		priuis, &c.
	mesenensis		SALV-

SALVATI^O ANGELICA

LVCÆ; CAP. I.

Vers. 28. Ave gratia plena, Dominus tecum,

24. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Eadem Gothicæ.

FATINE ANSTAIAN
ΔΛΗΛΕΤΑ ΦΛ ΜΙΨ
ΨΗΣ ΨΙΨΙΔΕ ΥΝ
IN ΝΙΝ&Ν ΓΝΗ
ΨΙΨΙΔΕΛ ΚΚΛΝ
ΝΙΨΛΝΣ ΨΕΙΝΙΣ

HOC EST,

Vers. 28. Fagino anstaiaw dabant, fan-
mith thus.

42. Thus-

42. Thiu tida ehu in vinon gab thiū thiū
kran vithans stheinis.

ORATIO DOMINICA

MATTHÆI, CAP. VI.

Vers. 9. Pater noster qui es in cælis, San-
ctificetur nomen tuum;

10. Adueniat regnum tuum; Fiat vo-
luntas tua, sicut in cælo, & in terra.

11. Panem nostrum quotidianum da
nobis hodie.

12. Et dimitte nobis debita nostra, si-
cut & nos dimittimus debitoribus no-
stris.

13. Et ne nos inducas in temptationem;
Sed libera nos à malo; quia tuum est re-
gnum, potentia, & gloria in secula,
Amen.

E A D E M G O T H I C E .

NAITA HNSAK. YN

IN

IN HIMINA YEIHNAI
NAMLE ψEIN UIMLA
ΦΙΝΑΙΝΑΣΣΗΣ
ψΕΙΝΣ ΥΛΙΚΨΗ
ΥΙΔΑΙ ψΕΙΝΣ ΣΥΕ
IN HIMINA GAH
JAH ΛΙΚΨΗΙ ΗΔΑΙF
HNSAKANA ΨΑΝΑ
SINTEINAN ΓΙF
HNS ήΙΜΜΛΑΓΑ
GAH ΛΞΛΕΤ HNS
ΨΑΤΕΙ SKΛΛΑΝΣ

c

SIG-

SIGNI MΛ SYΛSYΕ
 GΛH ψΕIS ΛΞΛΕΤΛM
 ψΛT SKNΛMIMIN
 SKΛM GΛH NI
 BKTTΛS NNS IN
 EKΛISTΛBNGΛI ΔK
 ΛΝSEI NNS ΔF
 ΨΛMMΛ ΗΒΙΛN
 ΗNTΕ ψΕINΛ IST
 ΨΙΠΔΛNΓΛKAI GΛH
 MΛHs GΛH YΠΛYNS
 IN ΛIVINS ΛMEN

Hoc

Hoc est.

Vers. 9. ATTA vnsar thu in himina,
Weihna namo thein;

10. Vimai thiadina ssus theins; Wairthai
wilgatheins, sue in himiragah ana airthai.

11. H laif vnsarana thana sinteinar gif
vns himmadaga; zedra.

12. Gab after vns thatci sculanfigaima
suasue gab deis aletans thaif sculan vnsa-
rain;

13. Gab ni briggais vns in fraestubngai;
ak lausei vns af thamma ubilin; vntetheina
ist thingardi gab mabs gag walthus in aimins,
Amen.

CANTICVM VIRGINIS.

LVCAE, CAP. I.

Vers. 46. MAGNIFICAT anima mea
Dominum.

47. Et exultauit spiritus meus in Deo
salutari meo.

48. Quia respexit humilitatem ancil-
iae suæ; Ecce enim ex hoc beatam me di-
cent omnes generationes.

49. Quia fecit mihi magna qui potens
est, & sanctum nomen eius.

c 2

50. Et

50. Et misericordia eius à progenie in progeniem timentibus eum.

51. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

52. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

53. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

54. Suscepit Israël puerum suum, memorari misericordiæ suæ

55. (Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius) in secula.

MIKILÆISNI YΛΛΑ
MEINA EN GΛH SYEI:
TNEID λΗΜΑ MEINS
AN TΨ Δ NΛSGNΔ
MEINAMMΔ NNTΔ
INSΔO AN h NΛIYER:
NΛI ψINGES SEINΔE
ZΛS

ZΛS SΛL ΔΔNISFRAM:
HIMMAN HΛNDATGAN
MIK λΛΛA KNNGL
NNTΔ TΔTLΥΙΔA
MISIMIRIXEIN(SΛ
MΛHTEITΔ TΔTLΥ
ψEIH NΔM RIS GΛH
AKMΛHΔIKTEI IS
IN λΛΔINS λΔDE
ψEIΜΔTΔNΔM INΔ
TΔTLΥΙΔA SYIN:
ψEI N λKML SEE

ΝΑΜΜΑ ΔΙΣΤΛΗΙΑ
 ΜΙΚΙΔ ΨΥΗΤΛΑΝΣΤΑ
 ήΠΩΔΙ ήΔΙΚΤΙΝΣ
 ΣΕΙΝΙΣ ΓΛΑΚΛΗ
 ΣΙΔΑ ΜΛΗΤΕΙΓΛΑΝΣ
 ΛΕΣΤΛΑΜΕΓΛΗΝΣ
 ήΛΗΗΙΔΑΓΛΗΝΔΙ
 ΥΙΔΑΝΣ ΓΚΕΔΛΑΝΣ
 ΓΛΑΣΤΙΔΑ ΨΙΠΨΕ
 ΓΛΗ ΓΛΒΙΓΝΛΛΑΝΣ
 ΙΝΣΛΛΑΙΔΑ ΛΛΗ
 ΣΛΑΝΣ ήΛΕΙΒΙΔΑ

IS.

ISΚΛΕΞΑ ψιπμλητη
 ΣΕΙΜΛΜΜΑ ΓΛΜΗ
 ΝΛΛΑΣ ΛΚΜΛΗΛΙΚ
 ΤΕΙΝΣ ΣΥΙΣΥΕ ΚΕ
 ΔΙΔΑ ΣΗ ΛΤΛΜ ΗΗ
 ΣΛΛΑΙΜ ΛΒΚΛΗΛΑ
 ΓΛΗ ΦΚΛΙΥ ιΣ ΗΗ
 ΔΙΙΥ

Hoc est.

Verf. 46. MIKILEIDSAY Wala
 meina fan;
 47. Gah sveigneid ahma meins du Ged
 anasgang meinama.
 48. Vnte insack du h naigenai thinges
 seinaizes. sai allis fram himmam vaudacgan
 mik alla kunga.

c 4

49. Vnte

49. Vate catavida mis mikelein samabti.
ga; gah weik nam eis.

50. Gah armahairtei is in aldins alde thei
mogandam ina.

51. Catavida swinthein in arma seinama;
distabida mikil thubtansca hugdai hairtins
seins.

52. Cudransida mahteigans af stolam, gab
vshauta ca h rainvidans.

53. Credens casotida shuite; gab cabinan-
dans insandida lausans.

54. Haibida Israël a thiumaca seinama
camunands armahairteins.

55. Swasue rodida du attam unsaraim,
Abraham gab fræw is vnd aim.

C A N T A C V M S I M E O N I S.

LVCÆ CAP. 2.

Vers. 29. NVNC dimittis seruum
tuum Domine, secundum Verbum
tuum, in pace.

30. Quia viderunt oculi mei salutare
tuum.

31. Quod

31. Quod parasti ante faciem omnium
populorum:

32. Lumen ad reuelationem Gentium,
& gloriae plebis tuæ Israël.

FEΛ ΛΕΙΤΑΣ ΣΚΛΑΚ
ΨΕΙΝΔΑ ΦΚΛΗΤΕ
ΝΔΑΦΑ ΒΙ ΥΛΚΑΣ
ΨΕΙΝΔΜΜΑ ΙΝ
ΓΛΥΠΙΚΥΓΑ ΨΛΔΕ
ΣΕΩΝ ΛΗΤΙΝ
ΜΕΙΝΑ ΝΔΣΕΙΝ ΨΕΙ:
ΝΑ ΨΛΕΙ ΜΔΝΔΝ:
ΥΙΔΕΣ ΙΝ ΛΝΔΑΥ:
ΛΙΚΨΟΛ ΛΛΛΙΖΛ

MΛΝΔΓΕΙΝΔΛΗΔΑ
 ΔΗ ΔΛΔΗΔΕΙΝΔΙ
 ΨΙΔΕΜ ΓΔΗ ΔΗΔΥ
 MΛΝΔΓΕΙΝ ΔΕΙΝΔ
 ISΚΔΕΔΔ

Hoc est.

Verf. 29. ERA leitai scalck teinana
 frauginond fan bi waurda theinamma in ga-
 waertha:

30. Thande segun angona meima nasein
 theina.

31. Thoei manan wides in an andwairtha
 allaiꝝ o manageino:

32. Linbath du andbuleinai thiudon gab
 wultiu managein theinai Isräl.

B. Vul.

B. Vulcanius Lectori.

HABES, Benevoli Lector, Com-
 mentarium Anonymum De lite-
 ris linguaque Getarum, & de Notis Lom-
 bardicis, ita ut ad manus meas perue-
 nit fideliter typis expressum. Cui subium-
 gam alia nonnulla que hinc inde ab amicis
 accepi, ad illustrationem huius linguae per-
 tinentia. Alphabeta videlicet diversi gene-
 ris, & Inscriptio[n]es antiquas variis in-
 locis repertas.

Primum Alphabetum Gothicum,
 quod C. L. V. Daniel Rogersius à D. Io-
 anne Bilde praefecto regio in Gothlandia
 insula ad se missum Anno 1556. Nobiliss.
 Amplissimoq[ue] viro D. Philippo Marnixio
 Sanct. Aldegondij Domino communi-
 cavit.

А В Л І Т Р Р Ж И І І	Ф
a b c d e f g	h i k l
Л І А В Ч Р Ч І Л Ф	
m n o p q r s t u	x.
Secundum	

Secundum Alphabetum Gothicum, quod idem Daniel Rogersius natus est à Cancellario Danico ante annos, ut ipse testatur, 36.

ΑΒΔΕΦΡΡΧΙΡΨ
a b c d e f g h i k l m
ΙΞΒΙΡΥΤ ΤΦΛΔΥ
n o p q r s t u x y z

Tertium Alphabetum ab eodem Daniele Rogersio profectum, quod is à D. Carolo Dansæo Oratore Gallico apud Danos accéperat, plane conuenit cum eo quod habet Olaus Magnus in Historia Gothorum Sueonumque lib. I. cap. 7.

ΑΒΔΕΦΡΡΧΙΡΨ
ΡΧΙ * Τ
ΙΞΒΙΡΥΤ ΤΦΛΔΥ
Κ Υ Ι ΓΜΣ

Sequens inscriptio exstat Tiraquellij in Selandia Cimbrica, rudi & antiquissimo incisa, quod quidem saxum idem Daniel

niel Rogersius sibi à D. Arnoldo Witfeldio ostensum fuisse testatur, Anno 1588. 30. Iulij, & inscriptionis huius exemplar sibi ab eodem datum.

ΙΠΡΙΡΧΙΡ ΡΞΙΙ
ΙΠΞΙΙΞΙΠΡΙΚΡΙ*
ΠΡΞΕΞΙΠΙΞΙ
ΡΙΡ*ΙΜΤΡΙΜΤΙΛ
ΙΠΡΙ*ΙΞΤΙΞΤΧΙΡ
ΡΔΞΙΠΡΙΚΙΞΙΠ
ΜΦΛΜΙ
ΠΙΞΙΞΙΡΒΙΞΙΡΙΙ
ΠΙΚΡΙ ΞΙΡΔΙ

Item

Item hæc.

G R E V I T K I T
I E P I T I T T I F F M H
I E I * I P I M P I

Quartum Alphabetum cum sequenti-
bus Inscriptiōibus mihi communicauit
Ill. V. Iosephus Scaliger Iul. Cæf. F.

A B D P A Y X I Y N
 a b c d e f g h i k l m
A B Y R I T O
 n o p q r s t u.

Inscriptio monumenti Gormonis,
Thyræ vxori positi.

Y R P A I P M I E R P I
P B I P M I F F T P M
P M I P

Inscriptio

Inscriptio monumenti Haraldi regis
parentibus suis Gormoni & Thyræ positi.

*** I R I M T R P M M A B E**
Y E R M Y Y P B M V E M I
F F T Y R P E P M R M I K
J M Y F F T P M R M O M P R
H E H * I R I M T R K E L L
A M E T X P E R Y

Subiunctæ erant hisce Inscriptiōibus
interpretationes tametū non ad amissim
cum illis conuenientes.

Gormo Kominga Kube disse offuer Thyre
kona.

Haraldt Kong bygt kiercke kybb disse of-
fuer Gorm fader sin, och offuer Thyre mutter
sinse.

Haralder keß offuer Daammark.

Reperio etiam hæc in Schedis Com-
mentariolo

66 COM. IN ALPHAB. GOT.
mentariolo De lingua Gothica an-
noxis.

INIST πΚΑΝΦΕΤNS
INNS YEKS NIBΛN
ΓΕΝΙΡΦAI SEINN

HOC EST,

Nist praufetes vnswers niba in gaburtai
seinai.

Non est propheta nisi in patria sua.

Item hoc

ΑΙΥΑΜΕΝΓΕ ΨΛΙΚΗ
ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΑΣΤΩΔΕΙΨ

Aiyanngelgo thairb Marcum anastodeith.
Euangelium secundum Marcum Euan-
gelistam.

Vbi notandum est, apud Gothos, more
Græcorum γ ante γ sonare ut ν. eodem
que à Gothis quo à Græcis modo scribi.

DE

49

D E
G O T H O R V M
Q V I H O D I E T A V R I C A M
Chersonesum incolunt lingua.

O PERAEPRECIVM mibi vide-
tur hoc loco inserere quæ Auge-
rius Busbequius Caroli v. Imp. apud Tur-
carum Imp. legatus, in suis De Legatione
Turcica Epistolis, de gentis quæ hac etiam-
num tempestate Tauricam Chersonesum
incolit lingua differit. Iuuabit enim non pa-
rum, meo quidem iudicio, peregrinarum,
inò verò patriæ nostræ, hoc est, Teutonice
lingua studiosos, harum rerum cognitio. Is
itaque Epistola quarta hæc habet:

Non possum hoc loco præterire quæ
de gente accepi quæ etiamnum incolit
Tauricā Chersonesum, quam s̄pē audi-
ueram sermonē, moribus, ore deniq. ipso
& corporis habitu originem Germani-
cam referre. Itaque me diu cupiditas te-
nuit videndi ab ea gente aliquem, & si
d fieri

fieri posset, eruendi aliquid quod ea lingua scriptum esset; sed hoc consequi non potui. Casus tamen ut cuncte desiderio meo satisfecit. Cum essent duo illinc delegati qui nescio quas querelas nomine eius gentis ad principem deferrent, meique interpres in eos incidissent, memores quid eis mandasset si id vsluveniret, ad prandium illos ad me adduxerunt. Alter erat procerior, toto ore ingenuam quandam simplicitatem praesertim ferens, ut Flandri videtur aut Batavus: alter erat brevior, compactior corpore, colore fusco, ortu & sermone Graecus, sed qui frequenti commercio non contempnendum eius linguae usum haberet. Nam superior vicinitate & frequenti Graecorum consuetudine sic eorum sermonem imbibebat, ut popularis sui esset oblitus. Interrogatus de natura & moribus illorum populorum, congruentia respondebat. Aiebat gentem esse bellicosam; quae complures pagos hodie que incoleret, ex quibus Tartarorum regulis, cum expediret, octingentos pedites sclopetarios scriberet; praeципuum suarum copiarum firmamentum: primarias eorum virbes, alteram Mancup vocari, alteram

ram Sciuarin. Ad haec multa de Tartaris eorumque barbarie: in quibus tamen singulari sapientia non paucos reperiit memorabat. Nam de rebus grauissimis interrogatos, breuiter atque apposite respondere. Ea de causa non temere dicitare, Turcas, reliquias quidem nationes scriptam in libris habere sapientiam, Tartaros libros suos deuorasse, ideoque in peccatoribus eam habere reconditam, quam promant cum opus sit, & veluti diuina fundant oracula. Nunc ad scribam paucæ vocabula de multis quæ Germanica redactebat. Nam haud minus multorum planè diversa à nostris erat forma, siue quod eius linguae natura id ferat, siue quod eum fugiebat memoria, & peregrinacum vernaculis mutabat. Omnibus vero dictiōibus præponebat articulū tho aut the. Nostrata aut patrum dissimilia haec erant.

Brot,	Panis	Schneester,	Soror
Plut.	Sanguis	Alt,	Senex
Esel,	Sedes	Wymb,	Ventus
Hus,	Domus	Siluer,	Argentum
Winguert,	Vitis	Goltz,	Aurum
Regen,	Pluua	Korn,	Triticum
Bruder,	Fratet	Zalt,	Sal
		d 2	Fisch,

Fisch,	Piscis	Brunna,	Fons,
Hooft,	Caput	Wagen,	Currus
Thurn,	Porta	Appel,	Pomum
Stern,	Stella	Schieten,	Mittere sa-
Son,	Sol	gittam	
Maen,	Lutia	Schlipen,	Dormire
Tag,	Dies	Kommen,	Venire
Oogen,	Oculi	Singen,	Canere
Bard,	Batba	Lacken,	Ridere
Handi,	Manus	Criten,	Flere
Boga,	Arcus	Geen,	Ire
Miera,	Formica	Breen,	Affare
Rinck,	Anulus	Schnualth,	Mors.

Knauen tag erat illi, Bonus dies, nam
knauen Bonum dicebat, & pleraque alia
cum nostra lingua non satis congruentia
vsurpabat, vt:

Iel,	Vita, siue sanitas
Ieltisch,	Viuus, siue sanus
Iel vburst,	Sit sanum
Markus,	Nuptiae
Schnos,	Sponsa
Statz,	Terra
Ada,	Ouum
Ano,	Gallina
Telich,	Stultus

Stap.

Capra	Pulchrum
Gadeltha,	Malum
Atochta,	Album
Wichtgata,	Ensis
Mychu,	Lux
Schediit,	Voluntas
Borrotsch,	Miles
Cadariou,	Ebibe calicem
Kilemsch kop,	Tu fecisti
Tzo warthata,	Ille fecit
Ies warthata,	Ego dico.
Ich maithata,	

Iussus, ita numerabat: Ita, tua, tria, fyder,
fruf, seis, seuen, athe, nyae, thyne, thynita,
thunetia, thunetria, &c.

Viginti dicebat Stega, xxx. treybilien. XL.
furdeithien. Centum, Sada. mille, Hazer.

Quinetiam cantilenam eius linguae
recitabat cuius initium erat huiusmodi:

Wara wara ingdolou
Scu te gira Galizou
Hæmisclep dorbiza ea.

SPECIMEN

SCHOLARIA

Clericis Linguae

LUDIA

TEUTONICÆ.

XII

EXSTAT apud me exemplar Harmonie
hix quartorum Euangeliorum, quam
Tatianus B. Iustini discipulus, & vii Victoris
Capuz Epitophi verbis utat, quibus in
Præfatione quam huic Harmonie præ-
fixit virtutis fortassis adhuc B. Iuliani
lareti adhixens solerti compaginazione
dilegunt; quem quidem Victorem Altus
Senensis in Bibliotheca sacra scripsi dia-
ruiisse Aano Domini 481. E cuus Harmonie
Euangelicæ verutissima interpretatione
Teutonica deponam. nonnulla,
qua huius Linguae studioli cum Gorifica
conferre possint, eaque sese oblectare tan-
tisper dum Harmoniam illam integrum
Latinè pariter & Teutonicè edam. Qua
quidem interpretatione Teutonica, cre-
diderim nullum in ea lingua extare scri-
ptum antiquius.

SALV-

SALVTATIO ANGELICA

ITA SE HABET.

1. HEIL vuiſthu gebono follu truchtin mit
thir. Gifege not sis thu in vuibon. & paulo post:
Inti gifege not si thie vnaſmo thine ro
vuamba.

CANTICVM MARIAE

VIRGINIS.

2. MIKKILOSO min sela truchtin.
Inti gifab min geest in Gote, minemo bei-
lante.

Bithiu vuantha her geschouota odmotti
sinero thiuai.

Seno nu fanthiu saliga miib quedens alla
cunnu.

Bithiu vuantha mir teta mikilu thic tar
mabrig ist, inti heilag sin namo.

Inti sin miltida in cunnu inti in cunnu
inan forbtanten.

Teta mabt in sinemo arme, Ziffreitta ubar-
hubtige muete sines berzen.

Nidar gifatta machtige van sedale, inti
arhuob odmuotige.

Hungerente gifulta guoto, inti otage forliet
itale.

d 4

Inphieng

Amphierg Israël siner knecht; zigi musi,
gonne sinero miltida.

So her sprach ſe vñſen fateren, Abraba-
me inti ſinero ſame ſi uherolti.

CANTICVM ZACHARIAE.

3. GIVVIHIT ſi truchtin got Israela.

Bithiu'vñanta vñſotha inti teſa loſunga
ſinero folke.

Inti arrichta born heilungs in huse Davids
ſines knechtes.

So her sprak thurub mund heilagero, thie
fon auerols vñarum ſinero vñzageno.

Heil fon vñſaren ſianton; inti fon hepti
allero thie vñſch bazzorun.

Zi tuonne miltida mit vñſaren faterun;
inti zi gibugenne ſinero heilagun giuuoznesſi.

Thero eidbuſti thie er fuor zi Abraham vñ-
ſaremo fater ſib vns zi gebanne.

Thaz vñan forbita fon hentin vñſero ſian-
to arlōste thionomes iun.

In heilagnesse inti in rechte fora imo, alle
vñſaren tagen.

Thu knecht vñzagó thes hobisten biſbu
ginennut. Fora feris vuarlibbo fora truhntes
auuuzzé, zi garuhenne ſinar vugo.

57

Zi gebanne vñſt nom heili ſinemo folke, in-
forlaznesſi iro ſuotonu.
Thurub immouilu miltida vñſares goes,
inten vñſotha vñſib vfgan fon hobi.
Inliubten then thie thar in finſtarneſſin
inti in ſcuen todes ſizzent, zi girtbeneſſe vñ-
ſera fuozzi in vuog ſibba.

CANTICVM SIMEONIS.

4. Nu forlaz thu thruchtin thinan ſcule.

After thinen vuortun in ſibba.
Bithiu'vñanta gisabun minu ougun thinan
heilant.

Then tu giantiurites fora anuze allero
folco.

Lioth zi inrigan neſſe thiono, inti zi di-
riduthines folkes Israelo.

Exstat etiam apud me vetustissimum
exemplar ms. Cantici Canticorum cum Ex-
positione è Teutonico & Latino sermone
mista. Cuius authorem nominat Xistus
Senensis Bibliothecæ sanctæ lib. 4. Villera-
mum, monachum Benedictinum, Abba-
tem Marspurgensem, quem scribit edi-
ditse in Cantica Canticorum ex diuersi
generis carminibus prosa intermisit,
Commentariorum libros tres, iocunda
varietate

